


L. 15, 53

cat

Xa  
4356

X 2002 529

PALMARUM CONJUNCTIONEM,  
SEU  
CONJUGII  
SERENISSIMORUM  
NUTRITIORUM  
FELICITATEM,  
EX  
PARITATE CELSISSIMORUM  
CONJUGUM  
ORTAM,  
ORATIONE ANNIVERSARIA  
CELEBRABIT



HENRICUS JONATHAN WERENBERGIUS,  
S. S. THEOL. LICENT. PROF. PUBL.

LEUCOPETRÆ,  
LITERIS, JOH. BRÜHLII DUCAL. ET GYMNASII TYPOGR.

P A L M A ,

sylvæ Imperatrix , horti Regina ,  
qvæ palmam præripit arboribus ,  
*Principis exprimit imaginem.*

ALMA hic est PALMA .

Ad incrementum calidò polò indiget , divinà nempe gratiâ ,  
& riguò solò , seu fide subditorum .

*Radices generosæ indolis*

sordium simum detestantur : salitò humò gaudent .

Non inter insipidos , sed inter sapientes nutriuntur :  
non à vitio , sed à virtute incrementa capiunt .

Levis pueritiae cortex lævis est , & nulli scandilis :  
duris indurata virilis virtus callum tolerantiæ induit induviis .

Hinc pollices nodiq; per orbem in stipite ,  
qvibus is , qvi altum concendit culmen ,  
facilem se præbet ad scandendum humili jacentibus .

Subdit se subditis ,  
& pedibus se conculcari permittit eorum ,  
qvibus pedes deoicuandos porrigit .  
Omnes populi in se recipit molestias :  
eà qvippe virtute pollens ,  
ut incumbenti oneri nunquam succumbat ;  
*sub ipso pondere se erigat.*

Ministris septus est , ut palma foliis atq; palmitibus ,  
latis æqvè ac acutis .

Lædit temerè contrectantes & sauiat :  
tegit sub umbram fugientes & satiat ,  
præmia ferens atq; pœnam ,  
Justitiamq; cum Misericordia commiscens .

Dulcem medullam Majestatis habet in cacumine ,  
cujus partem capere cupiunt captatores plurimi .

Parum qvi cupid & capit , sapit & reficitur :  
nimium qvi rapit , infanit & sanitati nocet :  
aggravat impotentem animi ventriculum ,  
& sitim lethalis cupiditatis excitat .

Totum qvi tollere tentat hostis est .

*Aut tollit : aut tollitur.*

Hòc enim ablatò corde & cerebrò , ipsa vita aufertur .

Manen-

Manente autem eō,  
Frudus largō proventu læti proveniunt,  
& usus omnem superat utilitatem.

*Omne bonum venit à Principe bono.*

Navem præprimis Reipublicæ  
*Palma hæc*

extruit & instruit; armat & ditat; tegit & regit;  
sic, ut uni debeat omnia.

Quemadmodum deniqve unicum est,  
qvō Palmæ viget vigor vividus;  
qvō læta viret, grata floret, beata fructus fert:  
SOCIAM HABUISSE VICINAM.

*Ut nutant ad mutua palmæ fœdera.*

qvæ neqve cedris jungi;  
neqve querctibus copulari;  
neqve cupressis uniri cupiunt:  
sed palmas procantur conjuges:

*ita Princeps*

*è Principibus à sorte optat thori consortem.*

*Hæc*

si natalibus, religione, virtute, moribus ac studiis

*Ipsi par exiit,*

PARITAS SUMMAM PARIT FELICITATEM,  
& Conjuges vivunt conjunctissimi.

*En!*

Palmas nostras,

Patriæ Parentes Optimos, Princes Felicissimos,  
Nutritios Benignissimos,  
SERENISSIMUM DOMINUM,

**JOHANNEM ADOLPHUM,**

*&*  
SERENISSIMAM DOMINAM,

**JOHANNAM MAGDALENAM.**

Duces Saxonie, Juliæ, Cliviæ & Montium &c. &c.

Hos provida naturæ magistra, Divina Providentia,  
cū pares sciret omni-sciente præscientiâ,  
pari connubio junxit omni-sapiente providentiâ.

*Paritas itaque peperit*

*Ipsis Felicitatem,*

*Suis*

FKKa 4356

Suis Perennitatem,  
Nobis Tranquillitatem.

Paritas hæc pararia extitit,  
qvæ mihi comparavit nomina,  
qvæ solvam die crastini , qvō  
de

Felici paritate & pari felicitate hujus Conjugii

H. L. Q. C.

verba facere, imparia qvidem tantæ rei,  
animum induxi.

Ottavus enim Kalendas Novembris est,  
qui parem non habet in fastis,  
quia felicitatis sine pari exordium fuit.

Vos,

Qui Principem, ut palmites cor palmæ, undique se�itis;

Vos,

Qui pro perenni felicitate Sociarum Palmarum vota concipitis;

Vos,

Qui ad umbram Lætissimarum Palmarum configuritis;

MÆCENATES, FAUTORES, AMICI;

Nor quaque,

Principis & Musarum Alumni,

oranti mihi Oratori

benevolam vestram frequentiam concedite.

Quot caricas palma dat,

SERENISSIMIS PRINCIPIBUS

tot precamur dulcedines;

tot palmas;

tot beatitudines:

qvò cunctis arboribus palmam præripiant

fausto connubio junctæ

ALMÆ SAXONICÆ PALMÆ!

P. P.

IX. Kalend. Novembr.

A. O. R.

M DC LXXXIV.



2.15.53

cat

Xa  
4356

X 2002 529

A. Ω.  
**PALMARUM CONJUNCTIONEM,**  
SEU  
**CONJUGI**  
**SERENISSIME**  
**NUTRIT**  
FELICITATE  
EX  
**PARITATE CELS**  
**CONJUGI**  
ORTAN  
**ORATIONE ANN**  
CELEBRA



HENRICUS JONATHAN  
S. S. THEOL. LICENTIUS,

